









1720.

1. Aversvalda, Dr. Ernestus : De eo, quod lego natura-  
zati pro fidei sociis propter religionem afflic-  
tio iustum est.
2. Bertinellus, Gth. Christ. Ord. Lct. Decanus : Lectri bene-  
volo s. p. d. (ad Reputationem solennem Gottlieb Roberti Krause  
iustis)
3. Bertinellus, Gth. Christ., Ord. Lct. Decanus : Lectri bene-  
volo s. p. d. (ad Reputationem solennem Christiani Hanau-  
cii mortal.)
4. Bertinellus, Gth. Christ. Ordinis Clericu... Decanus  
(ad Reputationem solennem Christiani Gottlieb Rebe-  
4b<sup>a</sup> (prae*dicti* iuxta Lat.)  
Bastinellus)
5. Bertinellus, Gth. Christ : De vitiis libelli.
- 6<sup>1/2</sup> Bastinellus, Gth. Christ : De differentia bono-  
rum reprobatorum a proprio communque natura at-  
epectu. 2 Bmpf.
7. Berger, Christophorus Henricus, De : De iure per-

Sonorum, quas unigas larvas seu maschoras  
Sicilias . . . Vom Carnaval - Recht.

8. Bergerus, Dr. Galloperus; Rechts a. car. Wittstocker -  
juris: Civibus academicis salutem plurimam  
sicut ostendit ad decorem feriarum postea -  
lium celebrationem humaniter invobet.

9. Burmann, Fr. Christian: Apologiae ini-  
dentine eterni bibliothecari Academicorum Hol-  
mens. dispt. priori . . . vindica-  
bunt.

10. Hassen, Martinius: Apologiae ini-dentiae  
eterni bibliothecari Academicorum Holmens.  
dispt. priori . . . placide . . . Dis-  
putationi submittit.

11<sup>o</sup><sup>st</sup> Kraunius, Dr. Gottfr.: De concione Doctrinaria  
Germania Prob. Predigt > 2 Exempl.

12. Menclen, Gasp. Ludovicus: De eo, quod instrument  
circa iherosolitanum sollemnum.
- 13<sup>a</sup> Monten, Gasp. Ludovicus: Observationses et reas  
14<sup>b</sup> praecepimus Sacrum cum 2 Templo.  
14<sup>c</sup> Thysius.
14. Vater, Abraham: Dissertatione Inaugurali Chirur-  
gica Medica, qua vulnerum in intestinis . . .  
Cathartas . . . placidae . . . disquisitione  
exponitur.
15. Vater, Abrahamus: Dissertatione in phys. medica, qua  
methodo nova transplantationis variales per iros-  
timum des Blecker-Boltzen . . . plauso eru-  
ditissimum exponitur.
- 15<sup>b</sup> Vater, Christian:
16. Hollsack, Dr. Gottlob: De nobilitatis nobilitateque  
privilegiis
17. Wunderus, Fr. Fidus: Programma, pro loco aperi-  
et novae astronomiae doctrinam dividit et  
praeceptionem astronomiarum publicarum compice  
iussit

18. Werner, Dr. Balder: De usw beneficii  
liberant aliorumque iuri Romani capi-  
tum.

19. Wachmannus huren; Dr. Christopherus: De divisa-  
libus babyloniorum.

1750

SPECIMEN <sup>B C D</sup> ACADEMICVM

DE  
EO

1720

QVOD LEGE NATVRALI  
PRO  
**FIDEI SOCIIS**  
PROPTER  
RELIGIONEM AFFLICTIS  
IVSTVM EST

PRO LOCO

AB

AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE  
IN ACADEMIA VITTEMBERGENSI  
BENIGNISSIME SIBI CONCESSO  
RITE AC SECUNDVM LEGES OCCUPANDO  
IN AUDITORIO MAIORI

D<sup>o</sup> AVGUSTI A<sup>r</sup> G<sup>c</sup> 1720 XX

PUBLICO ERUDITORVM EXAMINI SVBIICIET

PRAESES

IO<sup>·</sup> ERNESTVS AB AVERSVALDA  
EQVES MISNICVS  
PHILOS<sup>E</sup> ET LE<sup>A</sup> DOCTOR  
RESPONDENTE  
GOTTLOB SIGISMUND<sup>A</sup> REIBNITZ  
EQV<sup>E</sup> LVSAT.

VITTEMBERGAE LITERIS GERDESIANIS



IN LVSATIA SVPERIORE  
PRINCIPATVS GOERLICENSIS  
**ORDINIBVS**  
AC  
**PROCERIBVS**  
*PERILLVSTRBVS REVERENDISSIMIS*  
*GENEROSISSIMIS*  
**MAXIME STRENVIS**  
ATQVE GRAVISSIMIS  
**VIRIS**  
**DE PATRIA REQVE PVBLICA**  
**IMMORTALITER MERITIS**  
*SEMPITERNO HONORIS ET OBSERVANTIAE CVLTV*  
*PROSECVENDIS*  
HAS  
ACADEMICORVM CONATVVM PRIMITIAS  
SEQVE VNA TOTVM  
QVA DECECT ANIMI RELIGIONE  
D· D· D  
GOTTLOB SIGISMUND A REIBNITZ  
EQV· LVS



# INCLVTI PROCERES PATRONI SVSPICIENDI

A sseruabatur olim apud Vestales, ubi ignis in sacris perpetuus colebatur penetralibus, in sanctiore quodam recessu, *Palladium*, et cum tanta quidem ueneratione, ut nulli hominum, nisi Vestalibus, et Pontificibus, illud adire fas esset. Enim uero, de coelo, in templum nondum tectum, decidisse credebatur, de quo Apollo respondit, *Tam diu urbem inuictam futuram, quam diu tutelare istud simulacrum in ea seruaretur.* Pari a Romanis cultu habebantur quoque *Ancilia*. Cum enim

enim regnante Numa, morbis et  
contagionibus infecta esset ciuitas,  
eaque lues nullis sacrificiis aut pia-  
culis sedari potuisset, scutum aene-  
um, e coelo, in quo Romanorum fa-  
ta descripta erant, in manus Numae  
cecidiisse ferunt. In quo scuto, cum  
totius urbis salutem crederent esse  
sitam, magna cum diligentia, ma-  
gnaque cum religione, illud conser-  
uarunt. Absit a nobis procul ut  
eiusmodi idola et simulacra colam-  
mus, iisdemque occultam quandam  
uim inesse opinemur. Nos meliori  
iure Numen illud Praepotens et  
maximum, et VOS PATRES PA-  
TRIAE, *Palladium*, nostrae esse  
dicimus *Lusatiae*. Hoc diuinum  
Numen, cuius nutu et arbitrio o-  
mnia reguntur, Patriam meam ca-  
rissimam aequa ac dulcissimam pa-  
catam

catam et ab omnibus hostium ser-  
uauit, et in hunc usque diem cle-  
mentissime seruat saluam, tumultu-  
bus. Felix omnino haec nostra de-  
praedicanda est Respublica, felix i-  
terum iterumque dicenda, in qua  
tot tantique Viri, prudentia, iustitia,  
consiliis excellentissimi, ad clauum  
sedent, totamque rem publicam e-  
gregie iuuant, tuentur, gubernant  
atque defendunt. Haec sunt illa  
*Ancilia*, in quibus *Lusatiae* no-  
stra, fortuna et fata sita sunt. Haec  
illa sunt *Ancilia*, quae sacra nobis  
et religiosa habenda. Per multa de  
*Vobis* dicenda restarent, quae o-  
mnia ita sunt comparata, ut laudes  
omnium longissime superent, suo  
enim ipso se splendore, quia gloria  
*Vestra* immortalis est, ab iniuria  
temporum uindicant. Quod me at-  
tinet,

tinet, nunquam deero, magna *Vestra*  
merita, ea qua par est obseruantia,  
pietate, admiratione, uenerari. Sere-  
na itaque fronte demississime peto,  
accipite bonarum litterarum STA-  
TORES et VINDICES OPTIMI, quas VO-  
BIS in perpetuae obseruantiae et cul-  
tus sempiternitesseram consecro, stu-  
diorum academicorum primitias,  
quibus rationem *Vobis* reddo, et san-  
cti cultum obsequii pia mente com-  
probo. Quod restat Deum uotis pre-  
cibusque supplex obtestabor, ut pu-  
blicam rem praecclare quod facitis,  
quam diutissime ornetis. Ita VOS  
*Fulcræ Republicæ* grauissima, et fami-  
lias splendidissimas seruet inco-  
lumes. Dabam e Museo Vittem-  
bergae Idibus Sextilis. A·O·R  
M DCC XX

GEN-



F· D· A

## PROLOGVS

**B**es ita semper sese habuit, potentiam et vires aliae sibi acquisierunt Respublicae, non nullae ab externo pressae sunt hoste, quaedam intestinis turbatae sunt motibus et e sedibus suis eiectae. Quod si praesentem rerum temporisque faciem consideramus, externos ubique partim hostium motus, partim internas ciuium discordias reprehendimus, a quibus ne quidem Romanum nostrum imperium immune potest praedicari. Paule accuratori enim animo perpendamus ea, quae hucusque publice sunt gesta, et uidebimus in *Palatinatu* in primis propter *Religionem*, uarias

A 2

rias easdemque grauissimas excitatas esse turbas et dissensiones. Quae cum nondum penitus sint sopitae, merito illorum, ad quas proprius pertinent, in se conuertunt expectationem. Haec igitur considerans et dura afflictorum fidei sociorum fata dolens, non sine ratione in animum induxi, ut, *De Eo, quod Lege Naturali pro fidei sociis propter religionem afflictis, iustum est*, quantum quidem per uires meas, quas probe scio esse exiguas, mihi licuerit, pertractandum sumerem. Siquid in hac ardua materia errauerо, facilem, a beneuolo lectore, ueniam, imperaturum confido, interim me moneri et doceri semper mihi gloriae duco. Hac igitur spe fretus, rem ipsam aggredior. *Tu Deus annue coeptis.*

## I

**Q**uo uero rem, ut in Proverbio dicitur, *ab uno* repetamus, operaе erit pretium, ut, quae ad terminorum explanationem facere, atque ad accuratorem ipsius rei tractationem, uiam praeparare possent, prius excutiamus, maxime cum omnis uis et substantia rerum, ab ipsa, uti Philosophi loquiantur, rerum proprietate et euolutione uocabulorum dependeat.

II Cum

**C**um uero Rubrum uariorum uocabulorum includatur complexu, quae magnam in se continent emphasin, ideo circa praecipuorum tantum modo explicationem, breuibus initio erimus occupati, reliqua uero in ipsa dissertationis nostrae pertractatione fient clariora.

**P**rimum autem locum inter illa, quae ubiorem merentur explanationem, uocabula, obtinent, *Lex Naturae*. Hunc enim in modum nostram inscrisimus dissertationem, *De eo, quod Lege Naturali iustum est, erga fidei Socios propter Religionem afflictos*. Romanae eloquentiae patri, CICERONI, ea lex audit, quam non opinio, sed uis innata affert, quam non didicimus, legimus et accepimus, uerum a natura ipsa arripimus. Cognoscitur itaque haec Lex ope reatae rationis, omnes etiam homines obligat ut honeste, iuste, decore, atque prudenter uitam suam transigant, ad huius seculi felicitatem consequendam. Iuste igitur uiuunt, ut ita suas dirigant actiones et instituant, ne ullius iura uiolent, hac enim ratione si uitam suam componant, pacem et tranquillitatem, cum aliis quoque conseruant. Honeste uiuunt, si suis imperent

affectionibus, ut tranquillo fruantur animo atque amore rationali, tum summi numinis, tum aliorum hominum repleantur. *Decore* uitam suam agunt, quando nimis faciunt, ut rationalis amor, quem pectori alunt, uerbis, gestu, opere decenter se exerat, ut amicitiam etiam aliorum sibi concilient. *Prudenter* denique faciunt, cum caueant offendicula, quae uiam Sapientiae maximopere reddunt impeditam. *Lex* igitur haec denotat Legum complexum, seu diuinae uoluntatis decreta, circa actiones hominum morales, per dictamen rectae rationis innotescencia. *Ius* adeoque & *Lex* hoc loco synonymice sumuntur pro iussu uel uoluntate superioris. *Ius* enim, quod a *iubendo* suum habet nomen, nihil est aliud, quam *uoluntas superioris, in subditos ex quo iis rite declarata est, ad obsequium obligans*. Conf. Celeb. *GRIEBENERI principia Iurisprudentiae Natur.* item *MARTINI HASSENI* Moralium ac Civilium bac in Academia Prof. Publ. *Synopsis Scientiae de Prudentia Morali universa*, quam in usum studiose iuuentutis concinnauit. Cl. Iacobi Gabr. *VOLFII* instit. *Iurisprud. Natur.* hoc anno edit. Halae Magdeb. in 8.

IV Or.

**O**rdo iam nos dicit ad explicandam uocem *Naturalis*, quid per illam intelligatur, cum iam in genere quaedam dixerimus de *Lege Naturae*, nunc quoque in specie quaedam de hac uoce *Naturalis* & *Naturae* aliquid monendum est. Ex analogia igitur huius uocis est res a *nascendo* facta, ut *creatura a creando* dicitur. Id uero in primis notandum, *Naturae* uocabulum tum apud Philosophos, tum apud Theologos, non unam eandemque habere significationem. Philosophi *Naturam* dicunt mouendi principium internum, unde res quaelibet suam essentiam et operationes habet, vid. IVSTI HENNINGI BOEHMERI *introd. in Ius publ. uniuers.* p. 2. *Natura* alias etiam diuersimode sumitur 1) pro uitiosa hominum corruptione 2) pro principio intrinseco cuiuscunque motus 3) pro cuiuscunque rei essentia 4) pro ordine rerum naturalium a DEO in creatione sancito. 5) pro operatione uiuentium, et quae aliae eiusmodi plures sunt *Naturae* uocis acceptiones. De qua re plura possunt uideri apud IO. CHRIST. STVRMIVM de *Naturae agentis idolo*, ROBERT. BOYLE in disquisitione de ipsa *Natura*.

**I**nustum uero quod etiam in fronte statim huius dissertationis nostrae posuimus, idem nobis est, ac licitum et non magis sumitur in *sensu aiente* hoc est pro eo, quod cum lege praecipiente seu obligante conuenit, quam in *sensu negante*, pro eo, quod lege permittenti respondet, adeoque non iniustum, sed permisum est.

**A**fflictorum uero fidei sociorum appellatione illos intelligimus, qui eandem nobiscum Religionem profitentur et ratione liberi exercitiū iuriumque competentium inique premuntur et affliguntur. De qua re plura inuenies in *dissert. PHILIPPI LUDOVICI PASTOIR. P.P.* de cura Principum aliorumque magistratum Christianorum circa oppressos fidei suae sanguineos in *HENR. VAGEDIS Oper. Acad.*

**Q**uod uero ad Religionem ipsam attinet, si natales huius uocis accuratius uelimus inueitigare, deducunt alii Religionem a relegendo, ut eligentes ex eligendo, et a diligendo diligentes, ab intelligendo intelligentes. Alii a relegando, quasi profanas res a se Religio releget, aliis a religando, quod eius cultores DEO uincit

Et religati quasi sint. Huc pertinet elegans ille LACTANTII locus, qui ita habet, *Hac enim conditione gignimur et generamur, ut DEO iusta et debita obsequia praebeamus, hunc solum nouerimus, hoc uinculo pietatis obstricti DEO et religati sumus lib. IV. diu. instit. c. 28. de uera sapientia.* Alii a relinquendo, quasi per Religionem relicitis rebus mundanis ad DEVVM accedamus, unde et res religiosae dicuntur illae, quae a communi usu hominum reliquiae et remotae sunt. Diuerse autem Religio accipitur et promiscue apud autores usurpatur. Ut a profanis fiat initium, saepe ponitur Religio pro superstitione, uti apud TERENTIVM in *Andria*, quando isthaec te religio incessit. Pro timore ut testatur Seruius.

*Iam tum Relligio pauidos terrebat agrestes  
Dira loci*

Interdum pro iure iurando, inde Ciceroni ius iurandum etiam affirmatio est religiosa, apud ipsos Iurisconsultorum Scriptores dicitur Vinculum religionis. Vsurpatur alias uel pro pagana uel Iudaica, uel Muhamedana, uel Pseudo Christiana, proprie uero semper sumitur pro Christiana Religione. Aliis definitur per Virtutem, Obligationem, aliis, per Reverentiam, Officium, Normam,

*mam, Cultum diuinum, Rationem colendi DEVm,  
Doctrinam, Actionem.*

*Religio* perinde uariis effertur Synonymis, ita frequentissime appellatur *Cultus, Obseruantia, Honor DEI, Veritas, Reuerentia DEI, Fides.* Graecis, Ἔυσέβεια, τῷν τῷ Θεῷ Θρησκείᾳ, Ἔυλάβεια, Ἀλήθεια, Θεοπρέπεια, uid. MEISN. Philos. Sobr. P. II Sect. I qu. 10. p. 92. seqq.

## VIII

**N**eque ipsis gentilibus hoc fuit ignotum, quantum conferuatio *Religionis* haberet utilitatem et necessitatem. Rati enim et recte quidem in *Religionis* conseruatione totius Reipublicae salutem consistere. PLATO *Religionem propugnaculum potestatis, legum et honestae disciplinae uinculum uocat.* PLUTARCHVS similiiter συνεντινὸν ἀπάσῃς ποιησίας καὶ νομοθεσίας ἔρεισμα *Coagulum omnis societatis et fundamen-tum legislationis* uid. GROTIUS de l. B. et P. lib. II cap. 70. edit. Amstelod. p. 540. Prae reliquis plurimum curae rebus sacris et *Religiōi* im-penderunt Romani, qui omnia teste VAL. MAX. I. I. c. i. post *Religionem ponenda esse duxere.* Constat id etiam de aliis populis, ita de *Venetis* COMINAEVS scribit, eos nunquam de rebus gra-vioribus deliberare, nisi publicas preces prius fu-derint.

derint. Sic etiam Sueci in concluso regni a.  
1664 publice edito, affirmant. Primum et ante  
omnia curauimus sumam esse necessitatem, ut pu-  
ra nostra Religio, quae est fundamentum omnium  
aliarum felicitatum, in posterum salua et sarta con-  
seruetur.

IX

**S**i etiam ad Societas hominum paulo accu-  
ratius respiciamus, et cum uideamus easdem  
in tanta uariantum hominum multitudine hu-  
cuseque semper fuisse seruatas, et adhuc etiam  
confistere, optime cum PLINIO rationem hu-  
ius rei dare possumus, qui lib. XIV hist. nat. Re-  
ligione, dicit, *uitam constare*. Homo enim uelut  
infrenis equus sine Religione, eoque deterior,  
quo natura contumacior et in uitium propen-  
sior. Sicuti enim nobis natura non unam ean-  
demque corporum ac facierum externam qua-  
litatem et formam concessit, ita quoque inge-  
nia discrepancia indidit, ut tot diueriae homi-  
num reperiantur sententiae quot sunt capita.  
*Ad magnas igitur Reipublicae utilitates, CICE-  
RONE fatente, retinetur Religio in ciuitatibus.*

X

**Q**uapropter is merito Princeps bonus, qui  
non tam suae, quam subditorum prospici-  
cit

B 2

cit saluti, quod ipsum nisi uerae Religionis curam gerat, expedire haud poterit. Principis uero bonitas subditorum est felicitas, TITI-  
QUE VESPASIANI effato, *Orbis amor*, omni iure  
potest appellari. Licet quidem *Religio* res sit  
sacra, quod nemo facile negabit, nihilominus  
tamen Princeps ius summum etiam circa  
eam habet, ita ut *Tutor* et *Defensor Ecclesiae*  
recte audire possit, quod quidem nomen olim  
ex liberalitate Leonis III Carolo, Pipini filio colla-  
tum est, hoc uero magis speciosum nomen,  
inane et omni re penitus destitutum fuisse, ne-  
mo diffitebitur. Id tamen probe notandum,  
quod Ius illud, quod in Principe statuimus non  
adeo sit sumendum in tali rigore, quasi a Prin-  
cipe *Religio* dependeret, ut ipse pro lubitu in  
sacris aliquid possit mutare. Hoc enim mini-  
me affirmamus, nam a solo DEO, tanquam au-  
tore et conseruatore, *Religio* dependet. Licet  
etiam Princeps mere ceremonialia, quae ad ue-  
rum cultum non spectant, abolere uelit, tamen  
ad uitanda scandala et turbas caueat abroget.  
Huc facit *Magnifici et Summe Venerabilis D-*  
*VERNSDORFI* Superintendentis Generalis et  
Professoris in alma hac Academia Primarii Gra-  
uissimi, Patroni rerumque mearum Amplifica-  
toris

toris filiali cultu et obseruantia suspiciendi, *dissentatio, De potestate Principis circa Symbola ci- uium in religione ab ipso, dissentientium, hic ha- bita ann. 1711 et THEODORI REINKINGK I V D t t. in Acad. Giess. Prof. Iuris tract. de regimine seculari et ecclesiastico Basil. a. 1622 in 8 lib. III cl. I. c. I. B. ROEHRENSEI *dissert. de Iure Principis in Religione Vittemb.* bab. 1702.*

## XI

**R**elgio uero cum sit animi liberi in quem nulli mortalium est imperium, *Res est conscientiae*, pronunciante CICERONE, cuius magna uis est, in quam nullius et ita nec etiam summi alicuius Principis, nisi DEI ipsius, imperium esse potest. Rectissime proinde STEPHANVS, Poloniae Rex, dicere solitus est. *DEV M sibi tria reseruasse, nemini communicanda, 1) ex nibilo aliquid facere 2) futura scire, et 3) conscientias dominari, seque esse Regem populorum, non conscientiarum.* Pariter obseruatione digna uox est MAXIMILIANI II, *nullam esse maiorem ty- rannidem, quam imperare uelle conscientiis.* Est igitur potestas, in conscientias hominum solius diuinae maiestatis, et quae illius dispositioni diuinae solum sunt relicta. Plura habebis de hac materia in ERNESTI GOCKELII libro de Euro-

paeis Regibus, eorumque praecipuis maiestaticis iuribus cap. 8, de Religione, Auguft. Vindel. 1667 in 8.  
 Dn. M. HIERON. IOACH. VAEGERV<sup>S</sup> Lunenburg. qui iam Freibergae in patria mea dulcissima, in Hermunduris, insigni cum fructu et laude coetum puriorem diuinis instituit dogmatibus, Fautor meus multis nominibus colendus, olim hic Vittembergae in aliquot doctissimis dissertationibus, uim conscientiis non inferendam esse, solide, pro more suo, ostendit. SAMVEL VERENFELS de lute in conscientias ab homine non usurpando, BASNAGE traité de la conscience, ELIAS SAVRINVS de eodem argumento. Hinc Iudicium Vehmicum Vestphalicum ualde crudele fuit, quippe quo immani saeuitia et inhumano procedendi modo homines ad Religionem cogebantur. De quibus iudiciis Vestphalicis multi scripserunt autores ut, DAVID CHYTRAEV<sup>S</sup>, VERNERVS ROLEVINCIVS, MARQYARDVS FREHERVS, ALBERTVS CRANZIVS, Io. HENRICVS BOECLERV<sup>S</sup>, HERMANNVS CONRINGIVS, HENRICVS MEIBOMIVS qui scripsit de Irmenufula Sax. ubi de hoc et aliis iudiciis agit, et plures excitat autores.

XII Pro-

**P**robe itaque distingendum est inter Potestatem atque Disciplinam internam et externam. Interna, quae in conscientias hominum dominatur, quae ad Principem non pertinet quod ex iam adductis argumentis satis constat. Externa tamen disciplina in respectu ad finem huius uel illius ciuitatis, quae circa directionem Sacrorum uersantur, omnino ad Principem pertinet, quippe qui DEI est Vicarius in his terris, cuius ministerio DEVS suam defendit, nutrit et conseruat ecclesiam, est tabulae utriusque custos. Vi igitur illius iuris, quo Princeps gaudet, perpetuo Religionis curam gerit, idoneos ministros uocat, concilia conscribit, aedificia Sacra et Scholas aedificat, malos ministros et qui haeresin aliquam circa articulum fidei fundamentalem pertinaciter defendunt, ab officio remouet ac dignis poenis afficit. Ita etiam diuersae Religioni addictos tolerat et in regionibus suis tolerare etiam debet, vid. LYNCKERVS de eo quod iustum est circa diuersae Religionis personas. Imo etiam nec Haereticos, nisi certis casibus punire potest. Requiruntur uero ad Haereticum 1) ut sit persona intra ecclesiae gremium constituta, extra ecclesiam enim si foret, non haereticus, sed

fed potius *infidelis*, diceretur, 2) ut errorem in fide, non in moribus, committat, siue eundem nouiter introducat, siue ab alio acceptum fo-  
neat et cum *Contumacia* defendat, si enim in solis moribus errat, non *haereticus* sed *impius* dicendus esset 3) ut directe vel indirecte in ipsum fidei fundamentum impingat 4) ut dissensiones et scandala in ecclesia procreet eiusque unitatem tol-  
lere nitatur. Haec si adsint tunc omnino eius-  
modi homo, et *Haereticus*, salua conscientia pu-  
niri potest, conf. in hanc rem differt. B. R. O. E. H.  
RENSEI *de suppliciis haereticorum hic Vittemb.*  
*hab. 1696.*

## XIII.

**A**n uero Iudei inter Christianos sint tolerandi,  
ardua est quaestio. Misera est Iudeorum  
uti omnibus constat, conditio, populi, per to-  
tum orbem dispersi, et coeli et soli sui extorris.  
Sub ethnicis equidem eorum conditio hodier-  
na longe erat tolerabilior et sub primis impera-  
toribus, ubi suos habuerunt primates, sub  
*Theodosii, Arcadii, et Honorii* temporibus sua ha-  
buerunt synedria, suisque synagogas. Hodie  
uero iusto DEI iudicio, per tot rerum discri-  
mina, hinc inde uagari debent, quemadmodum  
id ipsum in se suosque posteros satis impie pro-  
uoca-

uocarunt, Christum Messiam suum, quem tamen  
nolebant prouero suo seruatore agnoscere, mor-  
ti tradendo. Magnum etiam inter *Iudeorum* mo-  
dernorum *superstitionem*, et Christianorum *Reli-*  
*gionem*, intercedit discrimen, ex quo profluxit dis-  
putatio, *An Iudei essent inter Christianos tolerandi.*  
Praegnans fane ratio dubitandi exinde exsurgit,  
quod Christianis tot mala a *Iudeis* essent metu-  
enda, inter hostes enim uiuere, nimis uidetur esse  
periculofsum. Factum hinc est ut ius recipiendi  
*Iudeos*, Regalibus adscriberetur, tanquam auctus  
gratiae et dispensationis, cum alias iure ordi-  
nario essent expellendi. Rectissime enim in-  
quit B. ZIEGLERVS in libro de *Tribus Maiestat.*  
*Hostes sunt Iudei, qui quidem aperto Marte no-*  
*biscum non congreguntur, sed hostilem tamen ad-*  
*uersus nos perpetuo gerunt animum, Iudei auari-*  
*tiae, libidinis, gulae, superbiae, mendaciorum, in-*  
*iustitiae, odii, inuidiae, vindictae, pessima sunt*  
*mancipia.* Nostra autem cum aliis autoribus  
haec est sententia, tolerandos esse *Iudeos*, ad-  
hibitis tamen certis cautionibus, hoc enim ipsum  
rationis naturalis praceptum, a nobis exigit. Li-  
cet enim a nobis differant in Religione, non  
differunt in cognatione sanguinis, sunt enim ae-  
que homines ac Christiani, et sic officia quae

C

ex

ex statu humanitatis fluunt, aequi illis debentur, ac aliis, *Tolerantia* etiam infimus gradus est amoris et vinculi humanitatis, quod inter nos natura constituit. Crudele etiam foret eos eiicere, et ui expellere, persequi, quos D E V S tamem mediis sub calamitatibus mirifice conseruauit. Certae autem prudentiae regulae obseruandae sunt, ne promiscue inter nos *Iudaei* tolerentur, multa enim incommoda ex promiscua eorum *Tolerantia* ita in Rempublicam redundarent, quae tamen optime possunt praecaueri. Adigendi itaque essent ex saluberrimo *Illustris ZIEGLERI* consilio, ad opificium aliquod addiscendum, ut manuariis operis uidum et amictum sibi quaererent, separatim etiam habitare possent, ita ut in suburbis peculiaris *Iudaei* locus concessus sit, ut separatis plateis distinguerentur, non tolerandi essent usurari illi *Iudaei* qui improbum cogunt foenus. Plura de hac re uid. apud *CASP. HENR. HORNE* etiam post mortem *superstitionum*, in *Iure publ.* cap. 49. pag. 508. §. II. *LYNCK.* in *Analect. Iuris*, passim. *CASP. HENR. ZIEGLERVM* in libro de *Iuribus Maiest.* lib. I c. 41. §. 34. *BOEHMERVM* in *dissert. inaug.* de *Iure Sacro circa infideles*, *Halae Magdeb.* hab. 1717 *BASNAGE*, dans l' *histoire de la Religion des Juifs* Tom.

*Tom. III. c. 17 p. 747.* Plura argumenta quae contra receptionem Iudeorum afferri solent uid. apud GIBSON. *VOETIVM P. II differt. select.* p. 118. *seqq. in diff. de Iudaismo.* Grauiter etiam contra eorum Tolerantiam edisserit LUDOV. GILHAVSEN *in arbor. iudic.* P. I, c. I. n. 70. Prae-cautiones uero quae adhibendae et obseruan-dae sint in Iudeorum *Tolerantia*, assert IO. CLE-RICVS *in bibl. uniu.* Tom. XII. p. 475, 482. BAS-NAGE *dans l' histoire des Juifs Tom. IV c. I et V c. II.* *Addet etiam Consilia THEOLOGICA VITTEMBERGENSIA P. I Tit. 9. von den Jüden und Tür-cken p. 1048. seqq.*

## XIV

**H**aec uero de generalioribus dixisse sufficient, nunc autem ut ad rem ipsam et scopum dissertationis nostrae praecipuum ueniamus, ordine uidebimus ea, quae quidem *Lege Naturali, pro afflictis propter Religionem, fidei sociis, iusta, seu licita saltim si non praecepta sint.* Huc autem pertinet.

## XV

**I**NTERCESSIO APVD PERSECUTORES. Haec enim ad humanitatis et charitatis per-tinet officia, *Lege Naturali* praecepta. Ut ue-ro *Intercessio* apud persecutores, tanto maiorem

C 2

habeat

habeat effectum, cum persecutoribus ali potest amicitia, sapiens enim hoc est institutum quo sibi cum iis ipsis uel Regibus uel Principibus, qui fidei suae socios uel modo premerent, uel adhuc dum premere possent, intercedere sibi uoluerunt, iura haud mediocris necessitudinis. Id quod illustre par Imperatorum egisse compemus **C O N S T A N T I N U M** et **C A R O L U M**, *Magnos*. Prioris enim amicitiam cum Rex Persarum studiose quaereret in eumque finem illi dona misisset, *Constantinus* cum, ut eo arctius sibi deuinciret *raīs ἀντιδόσεοι* superare studuit, ut est apud **E V S E B I U M** in *uita Constantini lib. IV c 7*. De posteriore uero memorabilis est **E G I N H A R D I** locus ita differte de *uita CAROLI M.* scribentis, *Ob hoc maxime transmarinorum Regum amicitiam expetiit, ut Christianis sub eorum dominatu degentibus, refrigerium aliquod ac relevatio proueniret*. Addi etiam potest ex historia, **F R I E D E R I C V S III** *P alatinus*, is enim praecipue *Reformatorum in Gallia bono*, cum Rege Galliarum maiorem coluit amicitiam.

## XVI

**S**equitur II **C O N F O E D E R A T I O**, *sub hac condicione cum persecutoribus ac dissentientibus ini-  
ta,*

ta, ut subditis suis, nostrae Religioni addictis iura  
 sarta tectaque seruent. Talia enim foedera non  
 magis illicita I<sup>o</sup> N<sup>o</sup> sunt quam alia, etiam cum  
 infidelibus hunc in finem facta. Vix tutior inter  
 Principes amicitia haberri potest, quam ea, quae  
 foederum sanctorum praesidio, nititur. Foede-  
 ra alia idem constituant quod iuris est naturalis,  
 alia aliquid ei adiiciunt magno fatente GROTI<sup>O</sup>  
 L: II de I: B: et P: c: 15. §: 5. Prioris generis Foe-  
 dera non tantum fieri solent inter hostes qui a  
 bello discedunt, sed olim et fiebant saepe, et  
 aliquo modo erant necessaria, qui ante nihil  
 contraxissent uid. PFENDORF. L. VIII in  
 I<sup>o</sup> N<sup>o</sup> c: 9 §: 2 qui Foederum necessitatem et utili-  
 tatem late demonstrat. Sunt autem Foedera,  
 pacta publica inter principes, Respublicas uel ci-  
 uitates, foederum lus habentes, siue de pace co-  
 lenda, siue de auxiliis commodiisque uariis sibi in-  
 uicem aut parti alterutri praestandis, solenniter  
 conuenta. Vel, Foedus est duorum uel plurium sum-  
 morum imperantium aut duarum uel plurium re-  
 rum publicarum consociatio, singularis commodi  
 gratia pacto firmata. An uero cum Turca foed-  
 us possit iniri, quaestio est, quae multorum tor-  
 sit ingenia. Nos breuibus ita respondemus ad  
 hanc oblatam quaestionem. Eiusmodi Foedus

C 3

et

et pericula, et scandala multa, secum trahit. Hoc quidem lubentissime largimur, *Foederā* aequē ac bella, niti iure communi gentium. Sed cum *Turca*, infensissimo Christiani nominis hoste, nefas plane esse, inire *foedus*, statuimus. Speciosa enim saltim sunt argumenta quibus quidem alii ad illam quaestioneū affirmandam afferunt, et facile possunt solui. Habemus exempla, *DEVM* iustissimum impietatis vindicem et iudicem, *Principes*, populum Christianum infidelium armis adortos, poenis grauissimis affecisse, nimirum *FRANCISCI* et *HENRICI II*, Galliarum Regum, *CAROLI GUSTAVI*, Sueciae Regis, qui per nuncium Turcas contra domum Austriacam excitare uoluit, de quo notabilis est apud *PVFENDORFIVM* locus ad ann. 1658. d. 8. Febr. in rebus *CAROLI GUSTAVI*.

Ad commune etiam multi consugiuntasylum *Necessitatem*, omnis legis expertem, quando Princeps ab altero ad extremas pellitur angustias. Sed nullius necessitatis tantus est fauor, ut factum cum peccato coniunctum, *DEI* que honorem laedens excusare possit. Plura uideas in dissip. sub *Praesidio Dn. Prof. HASSENII* hic Vitemb. hab. 1711. An Princeps Christianus cum non Christiano aduersus Christianum foedus inire possit

possit. Conf. etiam Schedulae Gallicae sub titulo, Response a une Dame Polonoise, uulgatae, ubi assertur Christiano principi licitum esse contra Christianos, cum infidelibus, promiscue ferire foedus, confutatio per Christianum Sicerum 1711 in 4 In comitiis an. 1544 Spirae habitis ita recessum est,

S. 3. Und demnach haben wir, sambt derselbigen Churfürsten / Fürsten vnd Ständen / vnd der Abwesenden Räthen vnd Botschafften / den Articul des Widerstands / vnd stattlichen Hülf / wider unsers Heil. Christlicher Glaubens vnd Namens Erbfeind / den Türcken / als einen hoch nothwendigen Punct / für die Hand genommen: Und dieweil man aber öffentlich besfundon / daß der König von Frankreich / sich nicht allein mit bemeltem Feind / dem Türcken / in Bündniß eingelassen / sonder auch demselben dergestalt anhängig gemacht / daß er ihn wider gemeine Christenheit bewegt hat / darauf dem Reich Teutscher Nation / vnd gemeiner Christenheit noch mehr verderblicher vnd vnwiderrbringlicher Schad entstehen möcht.

S. 4. So achten wir / auch Churfürsten / Fürsten vnd Stände des Heiligen Reichs / vnd der abwesenden Räthen / vnd Botschafften / gedachten König von Frankreich / nicht weniger dann den Türcken / für gemeinen Feind der Christenheit zu halten / vnd der wegen gegen ihn / gleich wie gegen den Türcken mit thätlicher Handlung vnd Straff zu handeln / vnd umb so viel desto mehr / daß darab andere Christliche Potentaten Ursach schöpfen mögen / sich künftig solcher Unchristlichen Handlungen zu enthalten. Und demnach

nach haben sich Thürfürsten / Fürsten vnd Stände / vnd der Abwesenden Nähe / vnd Botschafter ent-  
schlossen / sich gegen gemelten König von Frankreich / nicht allein mit Worten / sondern auch mit der That zu  
erklären.

## XVII

III **T**OLERATIO aut R<sup>E</sup>CEPTIO DIVERSAE  
RELIGIONI ADDICTORVM, IN NO-  
STRAS DITIONES. Potest enim contingere, ut  
summi imperantes, ab ea, quam ipsi profitentur,  
*Religione*, dissidentes, salua conscientia, in ciuitate  
tolerare possint, et quandoque etiam tenentur.  
Aliquando enim tanta est multitudo dissentientium,  
ut sine insigni diminutione nostrae ciui-  
tatis expelli nequeant. Probe uero notandum  
est, tolerare quidem posse Principem eos, qui se-  
mel iam recepti sunt et lege etiam imperii re-  
cipi possunt, in primis, si *iustis pactis, reuersali-  
bus, transactionibus et conuentionibus*, nitantur,  
ea enim omnia salua manere debent, quibus  
omnino eiusmodi talibus diuersae etiam *Religio-  
ni addictis* quam maxime prospectum est, ut  
ipsi haec concessa iura, integra, et intacta re-  
linquantur. At nunquam receptos, nec *Re-  
ceptione dignos, uelle recipere atque tolerare*  
nimis esset periculoso. Ab ipsis uero, qui  
tole-

tolerari uolunt requiritur ut bonos se, modestos, et quietis virtutisque amantes ciues exhibeant, nec suae *Religionis* admixta habeant dogmata, quibus aliquid detrahatur iuribus summorum imperantium, aut obsequio iisdem debito, et per quae ciues ad seditiones turbasque mouendas disponantur. Deinde et illud ad officium summorum imperantium spectat in ciuitate ubi plures una *Religione* tolerantur, ut prohibeant, ne dissidentes dissidii eius causa conuiciis se mutuo impetant aut contumeliose habeant. Curet etiam Princeps et omni diligentia prouideat, ne pestiferae cuiuscunque generis societas atque uniuersae *Religionis* Christianae fundamenta dirutum euntes, uel turbas in Republica concitantes, aut alia quacunque ratione Christianorum genti ruinam et interitum afferre parantes, in Republica tolerentur. Plura uidebis in S A M. de P V F E N D O R F lib. de habitu *Religious Christianae* ad uitam ciuilem Bremae, 1706 edit. in 12.

### XVIII.

**I**V *D*ENEGATIO AVXILII PERSECUTORI-  
 BVS *etiam ex foedere, alioquin debiti.*  
 Quando scilicet *milites, commeatus, pecunia etc.*  
 ad affligendos opprimendosue nostrae fidei so-  
 cios

*cios adhibentur.* Ad res enim illicitas nulla I. N. datur obligatio , eatenus ut ne iuramentum de praestanda re illicita ualeat. Vid. Dn. HASSENII *synopsis* supra iam citata et HVGO GROTIUS in lib. de l' B· et P· lib. II c. 13 §. 6, c. 16 §. 26. VOLFIUS in *Institut. Iuris Natur. P.* 1 p. 191.

## XIX

**V** RETRIBUTIO M ALI, nostris fidei *sociis illati, ad deterrendos persecutores, iure retorsionis uel Repressiarum facta.* Ius Narae enim aequalitatem inter homines singulos obseruare iubet. Quando igitur Princeps alterius fidei socios sine causa affligit, ex aequitate uicissim pati debet, ut suae etiam Religionis *socii* ab altero affligantur. Quod enim quis iuris in alium statuit, in semet ipso debet admittere. *Talio enim quid sit ipsa uox statim infert, quale commissum Tale ferendum est.* Est igitur Ius quo quis tantundem patitur, ac fecit , quod ipsum quoque uox *Αυτοπάθεια* exprimit, aliis *Αντισήμωσις* seu mutua et aequa pensatio, et eius, quod quis agit, patitur , libratio. Aliis *Ανταμεμψις* seu Ius audit quo facto suo quis reus fit. De sacro sancto uero *Talionis iure* dissert. extat praef. H ENR. COCCETO hab. in Acad. VADRINA.

drina. An ad uersus exteros *Repræfaliae* exerceri possint uid. B. HORNII *Ius feud.* cap. 60 p. 673 et de *lure Talionis* RECHENBERGIVS in *dissert. pecul.* quae est in ordine V et habetur in P. II *dissert.* De *Repressaliis* solide egit *Magnif.* VERNHERVS in obseruat. suis selectis forensibus edit. Vittemb. 1710. in 4. Volum. II. obseru. 115. p. 249 Sanctissime constituta est a natura *Talio* atque ita inter gentes exercitio usuque comprobata, omnique humano iure firmata, ut usque ad summam *Talionis* nihil detrahi per gratiam ullius humanae potestatis possit. Inter gentes quoque usitatam ac probatam fuisse *Talionem* iustum et autoritate et exemplis ostenditur, OVIDIVS quando de *Talione* ipsi sermo est, inquit

nec enim lex instior ulla,  
quam necis artifices arte perire sua.

*Antigone* moritura inquit. Si illi peccant, tantum malo ferent, quam mibi iniuriae fecerunt HORAT. *sermon. lib. I Satyr. 3 u. 66.* Adeo fuit persuasum gentibus, iusta *Talione*, iustitiam inviolabiliter custodiri, at et post hanc uitam apud inferos, ubi exactissime et per iustissimos iudices iura reddi credebant, immotam hanc legem obseruare statuerint. Tam sanctam immotamque legem *Talionis* habuerunt gentes, ut et ibi, ubi omnium quae in hac uita acta et com-

missa sunt, exactissima ratio, omnibusque perfectissime et sanctissime ius redditur, non alia quam *Talionis* lege id fieri crediderint. Vnde adeo metuerunt *Talionem*, commissi alicuius sibi consci. Cum *Poeni Aristonem* hospitem comprehendere uellent, ea ratione dissuasum id est, quod idem *Carthaginensibus*, et *Tyri*, et in aliis emporiis, in quae frequenter comeent, euenturum sit. Vid. *LIVIVS lib. XXXIV c. 61.* et quae de *Tarquinio Superbo* afferat uid. idem *lib. I.* c. 49. Est igitur *Repressaliarum usus* antiquissimus et inde a primis temporibus inter *Romanos*, *Gallos* aliosque populos receptus. Et ex ipsa *lege naturali* originem et fundamentum repeti debere rectissime indicant autores. Non enim iniquum hoc est remedium sed uel maxime legibus iustitiae et aequitatis nititur, consentit *ZIEGLERVS in Iure Maiest. lib. I c. 34 §. 7* et *PVFENDORFIUS de Iure Nat. et G. lib. VIII c. 6 §. 3* Finis itaque *Repressaliarum* est, ut quod nostrum est aut nobis debetur, consequamur, et damnum datum reparetur. De *Repressaliis* agit in integro libro *PESCHVITZIUS* et *LIMNAEVS in Iure publ. BARTOLVS, ARVMAEV, HAHNIVS, FRITSHIVS*, Vid. *Magnifici GRIEBENERI Principia Iurisprudenciae et Iuris iustitiae*

tiae Natur. lib. III c. 7 p. 295. Dn. HASSENIVS  
in synopsi sua saepius iam citata in primis in *lure*  
*Gentium.*

## XX

VII DEFENSIO etiam ARMIS FACTA. *Ius*  
Naturae enim afflictis iubet sucurrere,  
et quamvis alioquin ius a Principe in suos sub-  
ditos statutum, ab altero debeat haberi ratum,  
non tamen ad oppressionem hoc potest exten-  
di. Sane bellum, quemlibet non solum pro-  
fe, sed et saepe pro aliis gerere solere manife-  
stum est. Sed ut hoc recte fiat, in illo cui suc-  
curritur, iusta bellandi requiritur causa, in eo  
autem, qui auxilium alteri latum it, adesse de-  
bet peculiare aliquod vinculum, quo Principali  
belligeranti negetur, quod idoneum sit, ut in  
gratiam unius hominis, alterum aequem homi-  
nem, hostiliter tractare queat. Hinc pro sub-  
ditis, et qui imperio nostro subsunt, licite bel-  
la suscipiuntur. Suscipiuntur pro foederatis  
amicis. Imo et omnes homines ob commu-  
nem, quae inter eos intercedit, cognitionem  
defendere non iniquum est. *Homo enim in ad-*  
*iutorium mutuum natus est* inquit SENECA  
lib. I de Ira cap. 7 Vid. etiam GROTIUS lib. II de I.  
B. et P. cap. 25 PVENDORFIUS de I N. et G.  
lib.

*lib. VIII c. 6 §. 14.* quidni igitur *Religionis Sociis* subuenire liceat. Praeterquam enim, quod illis non minus quam ceteris hominibus debetur, aetiori etiam uinculo, quam ceteri mortales, nobiscum iuncti et colligati sunt, certe tali, quod amicitiae nexui aut praeferri, aut aequiparari debet. *An armis uero Religionem tueri liceat*, quaestio est magni momenti. Duplici modo *defensio Religionis* potest intelligi, uno quo uerbis aut scriptis defenditur contra *avtiaλεγοντας*, altero quo ui externa, uis illata propulsatur, aut arma armis opponuntur. Religio itaque partim *armis defendi*, partim etiam *armis propagari* potest. Licta omnino est *armata defensio*, *Propagatio* uero minime debet concedi. Non temere in acie, uersandum, sed oportet iustum, legitimamque causam praestato esse. Iniuste bellum gerebat ille *Asiae dominator Alexander M.* qui non nisi dominandi libidine et ambitione incensus, arma longe latèque circumferebat, totumque adeo terrarum orbem in suam redigere potestatem cupiebat. Ad vindicandam iniuriam fuscipitur bellum, cuiilibet autem facillime licet cognoscere, maximam esse iniuriam, Sacra alterius uiolare. Hinc apparent rebus ita se habentibus, non iniuste agere

agere penes quem est summa imperii, si contra eiusmodi turbonem armis militet et ciues suos tueatur. Constat enim *Iure Naturae* omnem uim iniustam, quoquis modo amoliri licere. Vis autem iniusta est, cum alter contra conuentiones et pacta inita, *Religionem*, quae cogi nescit, obtrudere alterius subditis et quidem inuitis, cum periculo conscientiae et aeternae salutis moliatur. Praestant exempla Principum, qui non tantum placidam tutelam *fidei* suae *sociis* praefliterunt, sed ipsis armis quoque eosdem tutati sunt, ueluti in *Maxentium* et in *Licinium*, *Constantinus*, in *Perjas* alii Romanorum Imperatores, arma ceperunt, aut capere minati sunt, nisi uim a Christianis, Religionis nomine, arcerent, vid. *EVSEBIUS* in uita Constantini M. lib. II c. 3 et ex eo haec adduxit *GROTIUS de I' B: et P:* lib. II c. 25 §. 8. Vbi igitur Principibus licet, res suas et leges patriae, contra inuasorem et hostem publicum defendere, aequa etiam *Defensio armata* cultus Sacri licita esse potest, cum ille cultus ad libertatem conscientiae ciuium pertineat, ac sine tranquillitate aut salutis animi iactura amitti nequeat. Huc pertinet *RECHENBERGII* *dissert.* de *Religione armis defensa* quae in *P. II* *dissert.* *bijst.* *Polit.* *habetur* et *XV* est  
pag.

pag. 398. DURRIVS in Theol. Morali, HORT-  
LEDERVS von Ursachen des Deutschen Krieges  
passim de hac egit materia. Habita etiam  
fuit hic Vittembergae ann. 1701. dissert. de quaest.  
Politica licitumne sit Principi, armis decertare  
pro Religione aut. M. CHRISTIANO MICHAELE  
FISCHBECK Lango-Saltz. Thur.

## XXI

VIII RECEP TIO eorum qui propter Religionem  
*in exilium sunt pressi.* Ius Naturae  
peregrinis hospitium praebere iubet, quidni  
expulsis fidei sociis receptum dare, permitte-  
ret. Pertinet enim ad curam ecclesiae quam  
maxime *Exulum Receptio* hac enim *pressis pro-*  
*pter Religionem fidei sociis* tutiora quoque effici-  
untur halcedonia. Intelligitur *recipiendi* nomen  
de re amissa et recuperata, aliquando est idem  
ac excipere. *Exul* uero nobis est, qui extra  
solum suum habitat, uel solo patriae suae pul-  
sus et quasi trans solum missus aut extra solum  
uagus. Sunt itaque *Exules* uel *in re tales* qui  
bus exilium est poena, tales *interdicti, relegati,*  
*deportat, integro titulo, in digestis notati*  
sunt, quos *Russi* hodie in *Siberiam, Angli in*  
*prouincias Americanas, laponii in Faitschinianam*  
insu-

insulam relegant, deinde etiam sunt *Exules* *fato* tales, qui nimurum ex iniusta causa eiecti sunt a terra, prouincia sive urbe. Cum uero principes nutricii sint ecclesiae, nutrientium uero non est abiicere eos qui curae suae committuntur, sed ipsos fouere adeoque benigne recipere, *afflictos* istos suae *fidei* *socios* iuste recipiunt, quia sunt uiri boni, uita eorum honesta, et sacra innoxia, sunt domestici qui nobilscum eiusdem sunt familiae, accedit igitur naturalis cognatio inter homines, quae uel sola ad opem ferendam sufficit Vid. *GROTIUS de I. B. et P. lib. II c. 25 §. 6, 7* Magnus ille *Francorum Carolus* qui postquam insigni prius exercitu se muniuisset, quem Saracenis Christianorum persecutoribus opponeret, *Exules* illos fidei suae consanguineos, horum tyrannidi se subdueentes promptissima uoluntate suscepit. Qua in re patris uestigia persecutus est filius *Ludouicus Pius*. Memoratu haud indigna sunt quae de *Io. FRIEDERICO*, illo infelice *Saxonum Electore*, *Thuanus* retulit, eum Theologos ac ludi magistros suae confessionis a *Carolo V* imperatore, Augusta Vindelicorum, aliisque per Sueviam locis eiectos, ipse licet captiuus esset, per ministros suos pecunia,

cunia, uiatico ac solatiō per benigne fuisse prosecutum. Conf. THVANVS *hist. lib. VIII ad an. 1551.* Reēte itaque a Principibus in solatium *fidei sociorum ob Religionem oppressorum,* instituitur *afflictorum Exulum Receptio.* Plura inuenies in *dissert. de Iure Principum recipiendi Exules fidei socios Praef. BEGMANNO in Acad. Viadr. hab. an. 1686.*

## XXII

**P**atet ex instituta hucusque tractatione, quae *Lege Naturali pro fidei sociis propter Religionem afflictis, iusta sunt.* Quae iam si non omnia accurate, pro dignitate amplissimae huius et gravissimae materiae scripta sint, testabuntur tamen de conatu, cui debetur uenia. Quod superest, Numen illud Maximum enixissime inuocamus, uelit omnes *fidei socios* contra maleuolorum insultus quoscunque clementissime tueri, *affligitis et pressis omnibus propter Religionem, solatio et consilio adesse efficacissimo.* Seruet ut paucis multa dicam, DEVS Praepotens gregemquem in his terris sibi collegit ab omnibus erroribus sartum et tectum inter ruinas senescentis huius seculi. Tueatur Potentissimum

mun REGEM nostrum Nutricium longe indulgentissimum, totius Patriae nostrae AMOREM et PRAESIDIVM cum REGINA Serenissima, tueatur PRINCIPEM REGIVM Serenissimum, CONIVGEMQVE Serenissimam, tamque SAXONVM Prospiciam, per multorum annorum excursiones clementissime sartam sospitemque conseruet. Tueatur Magnates, omnesque qui ad clauum sedent, Praesides atque Consiliarios, in primis eos, quibus rei cum Sacrae, tum Academicae cura et auxilium relictum est, quorum etiam nos munimur Patrocinio. Vniuersam tandem commendatissimam sibi habeat Patriam. Hanc nostram quoque Academiam, purioris doctrinae sedem constantem atque perpetuam tueatur, arceat noxia, reddat bona inque ipsam suam conuertat gratiam omnem atque indulgentiam. Tueatur Proceres cuiuscunque illi sint ordinis cuiuscunque conditionis, tueatur omnes illos, qui nos suo iuuant amore, studio ac precibus. Verferis nobiscum semper DEVS Optime Maxime, resque singulas ea qua Tu es sapientia constitutas et bonitate administres. Ita bono cum DEO nostro hisce

nostris meditationibus qualibuscunque, quas  
ut aequi bonique *LECTOR BENE-*  
*VOLE* consulas, obseruanter conten-  
dimus, terminum constitui-  
mus et.

# FINEM



INDU  
GENTE ET MENTE  
GENERALISSIMO  
**DOMINO A REIBNITZ**  
VINDICI  
DISSERTATIONIS HVIVS  
STRENVO  
AMORIS ET OBSERVANTIAE CAUSA  
S. D. P.  
**PRAESES**

**N**efas putarem non gratulari REIB-  
NITZIO. Et graue mihi etiam  
esset, inter tot amicorum plausus, ta-  
cere. Non possum non, quin di-  
cam, quae de TE, GENEROSISSIME VIR,  
sentiam. Probas Tuo exemplo, Virtutem in  
obscuro latere non posse, sed sensim se excitare  
magis et explicare, nunquam non exerere ra-  
dios, in quibus se agnoscendam aestimandam  
que praebeat. Magna esse *Illustris Tuæ Gen-*  
*tis*

*tis* ornamenta, satis constat, Decus uero nouum  
idque certissimum *Genti Tuae uniuersae* gratu-  
lor, conniti enim *Te* uidemus ac serio et con-  
stanter id facere, ut Maiorum Tuorum orna-  
menta augeas, amplifices. Recta Tibi est sen-  
tentia, *Fautor honoratissime, Amice Coniun-*  
*Etissime.* Male enim ille tuetur natalium decus,  
qui a maiorum uirtute desciscit. Valde, et pro  
eo ac par est, *Tibi* igitur gratulor conatum spe-  
cimenque doctrinae, quod hodie, magna cum  
ingenii laude, publice ac feliciter demonstras.  
Eiusmodi affers studiorum Tuorum Primitias,  
quae uberrimos industriae *Tuae* nobis certissi-  
me spondent fructus. Paucis multa compre-  
hendam, et expectationi nostrae, et Tuo offi-  
cio satis fecisti. Ego vero Deum immorta-  
lem oro, *Tibi* hanc mentem digne se in uirtu-  
tis tramite explicantem, seruet et *Illustri Tuae*  
*Genti* illisque qui Te necessitudine contingunt  
fortunam prosperam, salutem propitiam, glo-  
riamque illibatam et sempiternam concedat  
atque largiatur. Dabam e Museo meo

*Vittembergae EID· Sextilis*

*A·R·G· 15ccXX*



ASVEL EN D'OURS PANTHEON. RUSTICUS ET TOR  
**T**on ame, cher Amy, chretienne de na-  
ture,  
T'a sans doute inspiré, que c'est fort  
justement,  
Qu'elle ne peut souffrir, qu'on traite avec in-  
jure,  
*Les Freres opprimés*, et dans l'accablement.  
La pitié Te porte à soutenir la cause  
De ces Chretiens constans dans leur Reli-  
gion,  
Que le Dieu Tout puissant, qui de nous tous  
dispose  
Seconde ces motifs de Ta compassion.

Wolffgang Adolph  
de Leubniz.

)

Sunt

**S**unt labor et studium, queis ad fastigia  
nobis  
Et Sophiae cathedralm scandere summa  
datur.  
*Hocque Tuo exemplo monstras Doctissime  
REIBNITZ,  
Sic Te victorem laurus amoena manet.*

Gratulationis ergo P.

Ferdinandus Gui-  
lielmus ab Hartitzsch.  
Julius Alexander  
Equ. Misn.

---

**T**on dessein, cher amy, me pa-  
roit bien louable:  
L'homme doit être à l'homme d'un  
secours fauorable;  
Mais bien plus, dit Saint Paul, à  
ceux qui par leur foy  
Nous sont unis en Christ, dont ils  
s'vivent la loy:

Avec

Avec eux il nous faut ou partager  
leur peines,  
Ou ne rien épargner pour soula-  
ger leurs chaines,  
La nature le dicte, et le droit nous  
l'apprend  
Tu ne pouvois produire un plus  
beau sentiment.

Jean Thiery de Hartitzsch.

---

*Vt publice doces, quid hactenus boni,  
In literis profeceris, certissima,  
Sic consequeris, atque digna praemia,  
Et hoc et illud gratulor. Cedat bene,  
Haec Disputatio, atque honores, quos meres.*

Generosissimo Dno Respondenti eruditam dispu-  
tationem gratulatur

Georgius Carolus ab Hartitzsch,  
Eques Misn.

( 2

Egre-

Egregium specimen, nec magnis  
laudibus impar  
Deponis, quantum studiorum nem-  
pe labores  
Contulerint, Tibimet doctoque  
examine monstras.  
Spes non vana subest, quondam  
maiora daturum  
Ingenium, quod jam magnis adsue-  
scere discit.

*His paucis amica mente gratulatur*

*Opponens*

Gottlob Ludovicus a Globig.

**S**ie man sieht Dich, Werthster  
Freund, auf den Catheder stehn,  
Und, in so kurzer Zeit, so eine That er-  
füllen

*aug F.*

*✓*

Die

Die denen Aeltesten wohl macht offt die  
meisten Grillen;  
Drum freu dich, Vaterland, es blüht  
dein Wohlgergeh'n !

# Franz Adolph von Rechenberg.

Magnos magna decent! Virtus pietate paratur,  
Scriptaque sunt celso nomina celsa Polo.  
Quae dixi, Generose, Tuum probat omnia  
Nomen,  
Cunctaque sunt facta splendidiora Tuo.  
Magnus es: Illustres decoras Virtute Penates  
Indeque quum quaeris gloria major erit.  
Non calamum blandae quatunt uelocius  
aurae,  
Ingeminat laudes Leucoris ipsa tuas.  
Et acta mirata, Tuos depromit honores.  
Quos tribuit Cathedrae strenua pugna Tuae.

Macte tua Virtute! Tuum, praesagio nomen  
Ibit in excelso, post tua fata, polo.

*Haec pauca gratulandi animo apponere, seque  
in Generosissimi Dni Respondentis perpetuam  
amicitiam ac memoriam commendare uoluit,  
debuit*

Adam Henricus de Luck,  
Equ. Silef. Inf.

Qualia Naturae nobis dictamina mandent  
Officia, afflictis non renuenda, doces.  
Doctrinaeque graves studio vigilante paratas,  
Conscensa Cathedra, fortiter edis opes.  
En! TIBI praeclaros, REIBNIZI, gratulor  
ausus

Quos merito septos laudis honore uides,  
Stemmaque quando TVVM, doctrina, nobile,  
tanta  
Ornas, TE quaeso, gloria quanta manet?

*Hicce incomitis Strophis Domino Generosissimo Re-  
spondenti gratulari uoluit*

Carolus Fridericus de Poser,  
Equ. Sil. Inf.

*Hoc*

**H**oc opus est clarum ! famam uirtutibus amplis  
Extendis, studiis nomina magna petis,  
Nec Te poeniteat tantos subiisse labores,  
Namque Tibi Pallas praemia digna parat.  
Ipsa Themis laudes ; Clio Tibi condit honores,  
 Pierides mandant marmore facta Tua.  
Aet ego uota cano : Parcae Tibi flamina longa  
Continuent, nomen Phoebus ad astra ferat.

Ita  
gratulans scribebat

J. S. de Köckriz.

---

**I**gneia vis mentis, generis decus atque sciendi  
Ardor REIBNIZIVM non sinit esse humi-  
lem.

Ardua deposita, sectatur stemmate digna,  
Audit, et ipse legit, disputat; Ecce uirum!  
Patria, cognati talem dulcesque parentes  
Cernere sperarunt. Exitus ista probat.

---

Jo. Ericus de Stettner } a Grabenhof.  
Jo. Christ. de Stettner }

---

**Q**uid ualeant bumeri, quid possit et incluta Virtus,  
Ipse TVO exemplo, VIR GENEROSE, doces.

Cernis

Cernis ut ingenium docto splendescat ab usu,  
Cumque TVO studio crescere fama queat.  
Gratulor vos ausus, felici laetor, Amici  
Successu, et precor ut praemia digna feras.

Hoc gratulabundus adjecit

Carolus Sigismundus  
de Vchteritz,  
Equ. Misn.

*admodum rauissim*  
**E**st aliquid, claros at auorum ostendere uultus,  
Et genus a summis ducere posse uiris;  
Sed melius propriae sunt nobilitatis honores,  
Si genus et uirtus oscula grata iungant.  
Talibus ornatos donis, Hos praedico, quorum  
Pulpita doctrinae bella diserta stupent;  
Nobilis ingenii gliscit calor, ardor honesti  
Pectora splendidius per generosa micat.  
Sic generosa magis cum fructu germina prosunt  
Sic aurum gemma plus radiante nitet.  
Pergite sic magnas maiores fingere mentes,  
Fata uiam magni nominis ipsa struent.

*Haec amicis suis singulariter aestuandis ac  
amandis*

scribebat  
**Car. Henr. Marschal a Biberstein.**



Wittenberg, Diss., 1720



3

f

sb.



B.I.G.



1750  
SPECIMEN<sup>B. C. D.</sup> ACADEMICVM

DE  
EO

QVOD LEGE NATVRALI  
PRO  
**FIDEI SOCIIS**  
PROPTER  
RELIGIONEM AFFLICTIS  
IVSTVM EST

PRO LOCO

AB  
AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE  
IN ACADEMIA VITTEMBERGENSI  
BENIGNISSIME SIBI CONCESSO  
RITE AC SECUNDVM LEGES OCCUPANDO  
IN AUDITORIO MAIORI  
D<sup>o</sup> AVGUSTI A. R. G. 1720  
PUBLICO ERUDITORVM EXAMINI SVBIICUIT

PRAESES

IO. ERNESTVS AB AVERSVALDA  
EQVES MISNICVS  
PHILOS. ET LE. AA. DOCTOR  
RESPONDENTE  
GOTTLOB SIGISMVNDA REIBNITZ  
EQV. LVSAT.

VITTEMBERGAE LITERIS GERDESIANIS

